

- qua formidine territi hostes quamquam conflictatum saevis
 tempestatibus exercitum lacessere non ausi; ponendisque
 2 insuper castellis spatium fuit. adnotabant periti non alium
 ducem opportunitates locorum sapientius legisse. nullum ab
 Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum aut 5
 pactione ac fuga desertum; nam adversus moras obsidionis
 3 annuis copiis firmabantur. ita intrepida ibi hiems, crebrae
 eruptiones et sibi quisque praesidio, inritis hostibus eoque
 desperantibus, quia soliti plerumque damna aestatis hiber-
 nis eventibus pensare tum aestate atque hieme iuxta pelle- 10
 4 bantur. nec Agricola umquam per alios gesta avidus
 intercept: seu centurio seu praefectus incorruptum facti
 testem habebat. apud quosdam acerbior in conviciis narra-
 batur; *et* ut erat comis bonis, ita adversus malos iniucundus.
 5 ceterum ex iracundia nihil supererat secretum, ut silentium 15
 eius non timeres: honestius putabat offendere quam odisse.
- 23 Quarta aestas obtinendis quae percucurrerat insumpta;
 ac si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur,
 2 inventus in ipsa Britannia terminus. namque Clota et
 Bodotria diversi maris aestibus per inmensum revectae, 20
 angusto terrarum spatio dirimuntur: quod tum praesidiis
 firmabatur atque omnis propior sinus tenebatur, summotis
 velut in aliam insulam hostibus.
- 24 Quinto expeditionum anno nave prima transgressus igno-
 tas ad id tempus gentis crebris simul ac prosperis proeliis 25
 domuit; eamque partem Britanniae quae Hiberniam aspi-
 cit copiis instruxit, in spem magis quam ob formidinem, si